communiter omnes Scribentes, vt dicit Pariſ. in d. conſil. 2. num. 164. Et idem eo caſu ſeruandum eſſet in alijs cauſis Et ideo dicit Blancus in prac. crim fol. 38. numer. 80. quòd h inoleuit practica, quòd dẽtur nomina teſtium confuſa, & ſeparata à dictis teſtium ob potentiam reorum, ne poſſint ſcire, quid ab vnoquoque eorum dictum fuerit. Et proximis menſibus ita obſeruauit Senatus in cauſa homicidij commiſſi in perſonam Iacobi Philippi Fraſcariæ, in qua propter potentiam aduerſariorum permiſſum fuit iudicibus in ipſa cauſa delegatis, vt nõ ederent nomina teſtium, niſi prout ſibi videretur, 25. Aug. 1564. A. C. quod tamen nunquam aliàs vidi per Senatum concedi. i Bene verum eſt, quòd in cauſis hæreſis, cũ ſemper graue periculum credatur imminere, ſi non teſtibus, ſaltem cauſis fidei Catholicæ, quia pauci liberè teſtimonium perhiberent, ſi nominum publicatio fieret, ideo conſuetudine receptum eſt, vt nunquã nomina teſtium publicentur, vt atteſtatur Simancas, de hæretic. capitul. 62. numero nono.

4 Sed nunquid tenetur iudex dare copiam indiciorum reo non petenti? k Reſp. Aliqui tenuerunt, quòd non. & dicit Blanc. in pract. crim. fol. 39. num. 102. quòd ita quotidie ſeruatur, quòd ſcilicet iudices dant aduocatos carceratis: & cum proceditur in cauſa, qui vult indicia, illa petit. & ſubdit, quòd ita vidit ſeruari. l Tu vero dic, quòd aut loquimur an ſit danda reo copia indiciorum antequam ſubijciatur torturæ: & tunc non eſt danda, niſi petatur; & eſt communis opin. vt atteſtatur Boſſ. in tit. de indic. numer. 79. vbi etiã ſubdit, quòd ita practicatur: m Si verò petatur omnino dari debet; & eſt cõmunis opin. vt dicit Nouel. in tract. ad defenſam, fol. 89. in primis verbis, Alexand. de Neuo, conſ. 86. numer. 4. dixi infr. quæſt. 64. verſic. ſed quid ſi ille. Aut loquimur, n an ſit danda ante condemnationem; & dic quòd debet omnino dari, etiam ſi non petatur. Et hoc ſiue ſit conuictus, ſiue etiam confeſſus, vt dixi infra verſic. eſt igitur. & ita ſeruatur in hac prouincia. Non tamen intellige, quòd ſit danda reo cum effectu ipſa copia proceſſus expenſis officij, vel partis querelantis, ſed ſit tantummodo decretum copiæ, ita vt pars (ſi velit) poſſit illam habere, o ſuis tamen expenſis.

5 Sed quæro, nunquid reus petens copiam proceſſus teneatur exprimere cauſã, propter quam illam petit. Reſpond. Fortè de iure poſſet dici, quòd ſic; & ita videtur tenere Alexand conſ. l. 65. col. penult. lib. 1. Sed contrarium ex communi p vſu ſeruatur, vt dicit Blancus in pract. crim. fol. 38. numer. 76. & ſequent. & ſic ſatis eſt, quòd pars dicat, Peto copiam indiciorũ mihi decerni, hæc enim aſſertio incluſam habet cauſam, quia ſcilicet volo me defendere, & elidere indicia aliter quam per torturam.

i Bene verum eſt. Farin. d. q. 88. Roſ.

k Non petenti.] Vide etiam per Carrer in pract. crimin. pag. 157. colum. 2. vbi etiam ſubiungit, quod copia indiciorũ data, ſi in termino ad indicia purganda petierit, poſt terminum repulſæ concedendus eſt. Item, quòd indiciorum copia danda ſit reo non petenti, communem dixi in collecta mea communiũ opin. cap. indicium, numer. 9. Giach.

l Tu vero dic.] Vide infra quæſt. 54. verſicul. Sed quid. Vulpellus reſponſ. 74 numer. 7. & ſequen. Farin. dict. quæſtio. 9. numer. 35. & ſeq. & nume. 90. 91. 97. vbi etiam de petente Roſ.

19 Tu vero dic.] Adde videndum Viui. opin. 717. vbi ponit multas ampliationes, & limitationes. & an danda ſit copia in crimine læſæ maieſtatis,
20 † & ſi reus, qui tenebatur petere copiam, tortus fuerit ante repetitionem copiæ, & poſtea ante repetitionem torturæ illam petierit non eſt danda, ſi ſuper primis indicijs torquetur, ſuper quibus ſufficienter non fuerit tortus, & ſibi imputet, ſi ante primam torturam, copiã non petierit. Marſil. in l. vnius, §. cognitiones, numer. 3. ff. de quæſtion. &
21 † ſi copia denegata fuerit, an ex confeſſione facta à reo etiam ratificata poſſit deueniri ad condẽnationem, vel ad alium effectum, Girlan. in tract. de quæſtio. & tortura in vlt. cap. num. 20.
22 Item adde, quòd in ſtatu eccleſiaſtico iudices debent dare copias indiciorum, etiam ſi petitæ non fuerint per motus proprios Pauli III. in fauorem pauperum, & Pij IV. ſuper reformatione officij Auditoris Ca-
23 meræ; licet † Chartar. in praxi interrogandorũ reorum libro 3. capit. 3. numer. 52. dicat, intelligendos eſſe ſecundum ius commune ſcilicet, ſi petantur; de quo intellectu valde dubito: nam motus proprij nihil operarentur, quia de iure communi debent dari petenti; nec facit doctrina Iaſ. in l. vniuerſa, Cod. de precibus imper. offeren. de ſtatuto requirente, vt fideiuſſio præſtetur, quod debet intelligi, ſi petatur, nam ſtatutum non diſponit ſuper eo, quod de iure communi fieri debebat, vt diſponunt Motus proprij: & velle interpretari, quòd ſummi Pontifices in ſuis Motibus proprijs nihil diſponant vltra ius commune, mihi uidetur durum; tamen me remitto, & credo, quòd potius erat dicendum, quòd prædicti Motus proprij parum obſeruantur. Baiard.

m Si vero petatur.] Item de copia repertorum in inquiſitione ſpeciali danda reo illa petenti atque de forma in ea danda adhibenda; Item de copia danda inquiſito. vide in collecta mea communem opinionem, vide copia indiciorũ, numer. 1. 2. Giach.

24 Si vero petatur.) Adde, quòd † omnino dari debet, etiam, quòd reus eſſet torturæ alligatus, & eſſet ſuperſedendum, ſecundum Vulpell. in conſil. 21. numer. 2. & conſil. 74. num. 8. niſi iudex procederet ex proceſſu informatiuo virtute præeminentiæ, quia tunc non tenetur dare copiam ante torturam, quã habet magna Curia Vicariæ, & Gubernator Vrbis.
25 Item adde, † quòd homini malæ conditionis, & famæ capto, poteſt denegari copia indiciorũ, cui etiam propter delicti qualitatem Aduocatus denegatur Aug. ad Angel. in verb. quòd fama publica præcedente, num. 37. Tiraquel. de pœnis cauſ. 49. nume. 30. & etiam iudex
26 † procedens ex officio poterit deuenire ad torturam, non datis copijs indiciorum. Gramm. vot. 3. numer. 26. & in conſ. 34. numer. 13. Baiard.

n An ſit danda ante condemnationem.] Adde, quòd hæc copia indiciorum, quæ datur ante condemnationem, etiamſi non petatur, differt ad illa, quæ petitur ante torturam, cum hæc non detur non petenti, & dicitur præuentoria. Illa autem an omnino uide dari debeat ſupra quæſtione octaua verſicul. Sed nunquid, quæſtione 28. verſiculo. Dictum eſt. Dixi infra ad quæſtionem 82. ſtat. 6. verſiculo. Primo, ad finem. Adde Bonifac. de Vitalinis in ſuo Tractatu malefic. titul. Quæ indicia debeãt præcedere torturam, ſub numer. 10. Drogh.

o Suis tamen expenſis.] Adde, quòd paupe-
27 ri † inquiſito debent dari copiæ indiciorum fieri acta, & defenſiones gratis, Foller. in pract. crim.
28 in verb. recipiantur defenſiones, numer. 27. † & quis dicatur pauper in cauſa ciuili, & criminali declarat Alexandr. in conſil. 18. volumine ſecundo, & Menoch. de arbitr. iudic.
29 caſ. 65. & in ſtatu † eccleſiaſtico expreſsè prouiſum fuit per motum proprium Pij Quarti, ſuper taxa mercedum Notariorum criminalium Vrbis in fine, quòd pauperibus dentur copiæ proceſſus gratis, & vbi opus fuerit loco copiæ indiciorum, tradantur originalia Aduocato, & procuratori pauperum gratis, & ſine aliqua impenſa, remittendo arbitrio Aduocati, & procuratoris pauperum, quis ſit pauper. Baiard.

p Ex communi vſu.] Farinac. dict. quæſt. 39. num. 74. & 75. Roſ.

Scias

Scias tamen, q quòd publicatio proceſſus fieri non ſolet, niſi quando proceditur con-
6 tra reum abſentem, & contumacem: tunc nulla facta publicatione proceſſus, neq; data copia parti, deuenitur contra eum ad condemnationem etiam capitalem, vt quotidie videmus.

Sed pone, ſ quòd plures ſint rei de vno delicto accuſati, t quorum vnus ſit præſens alij vero contumaces quid agendum. Reſp. quod licet ſecundum aliquos non debeat differri proceſsus rei præſentis, donec illi, qui ſunt contumaces condemnentur; & hanc dicat eſſe communẽ opin. Boſſ. in tit. de ſentent. num. 85. u in hac tamen prouincia ſeruatur totum contrarium: quia ſcilicet nunquam publicatur præſenti proceſſus offenſiuus, niſi prius contumacibus condemnatis, vt etiam fatetur Boſſ. in loco præalleg & in tit. de delicto. num. 46. Et ita omnino ſeruandum eſſe, in facti contingentia ſenatus expreſſè reſcripſit prætoribus Fontanellæ, & Romanenghi, 11. Auguſt. 1558. Et eſt (iudicio meo) optima practica, ne (ſi publicetur proceſſus) poſſint contumaces inſtrui de indicijs contra eos exiſtentibus, & ſubornare teſtes, & deinde comparere. x Ipſis autem contumacibus condemnatis, fit publicatio proceſſus, quò ad præſentes, daturque eis copia, deletis tamen prius, y quantum commodè fieri poteſt, nominibus contumaciũ, atque ijs omnibus, quæ ad eos pertinent, quatenus tamen quo ad præſentes per huiuſmodi deletionem non tollatur vel in minimo facultas defenſionis.

Item ſcias, z quod nunquam publicatur proceſſus, neque datur copia parti, niſi prius factis debitis teſtium repetitionibus, iuxta ea quæ dixi ſupra quæſtione 45. non enim datur reo copia indiciorum, quæ iudex ſumpſit ſuper proceſſu informatiuo, niſi poſtquam ſunt eo citato legi

q Scias tamen, quòd hæc publicatio.] Adde, quòd tertio
30 † comparenti copia non eſt deneganda, licèt reus ſit abſens: nec poteſt deueniri ad condemnationem ſtatuto permittente, vnicuique de populo veniendi ad defenſam abſentis, alias ſententia eſſet nulla. Paul. de Caſt. in conſ. 331. in fi. vol. 2. Baiar.

r Contra reum abſentem.] Adde infr. quæſt 61. verſ Sed hæc quidem, vbi in hoc miratur de Aretino, & Marſil. Drogh.

ſ Sed pone, quòd plu-
31 res rei.] Adde, † quòd idem habetur per Anto. Scap. in tract. iuris non ſcrip. lib. 5. cap. 114. num. 14 cum ſeq. & ita paſſim practicatur apud bonos, & practicos iudices. Baiard.

t Quorũ vnus ſit præſens.] Abſentes ergo condemnantur, vt ſup. verſ. 1. Deinde cõſtitutis, & præſentibus publicatur proceſſus, & cur hoc ſit, vide Boſſ. tit. de delict. nu. 46. Placentiæ tamen ex ordine Ducali dabantur ſex menſes abſentibus, quibus elapſis nunquam amplius audiuntur, & interim ſuperſedebatur contra præſentes; quæ tamẽ conſtitutio hodie correcta reperitur per aliam nouam publicatã de anno 1594. die 12. Decembris, Rubrica de Auditore criminalium, §. vbi cõtingat eſſe plures reos; ſed in Statu Mediolani per Regias litteras anni 1581. die 17. Aprilis, ibi *intendiamo oltre ciò*; Dantur duo anni abſentibus, quibus elapſis nec unquam audiuntur, nec ad nouas defenſiones admitti poſſunt: de quibus litteris dixi ſupra ad quæſtionem quartam, verſic. Quando uerò, & dicam infra. An autem ſic abſens à præſente, uel è contra grauari poſſit, uide in addit. ad Dyn. in reg. Ratihabitionem littera D, de reg. iur. in 6. Crau de antiq. temp. part. 1. uerſ. Propoſitum, num. 23. & ead. par. uerſ. ampliatur num. 5. & 10. & an res ſic inter alios acta præiudicet: fuſius per eundẽ Crau. d. tract. par. 2. num. 42. cum ſeq. uide quæ dixi ſupra ad q. 21. uerſic. Fuga. Drogh.

u In hac tamen prouincia.] Farin. q. 39. num. 55. Roſ.

x Ipſis autem contumacibus.] Adde, quòd D. Clarum ſequitur D. Chart. in pract. ſua interrog reorum cap. 3. num. 73. lib. 3. ſed Foller. in pract crim in uer. detur copia, num. 12. dicit, quòd ſocij, complices, mandantes, & mandatarij debent per curiam declarari, & nominari, ut commodè reus poſſit facere defenſiones ſuas, & ad hoc allegat Marſ. in conſ. 49. qui ita generaliter non loquitur, ſed tantummodo de mandatario, & non de alijs. Ego autem uidi practicati in ſtatu eccleſiaſtico, & etiam in Regno Neap. quòd nomina ſociorum & complicium taceantur, ſed quò ad mandatarium, fateor, quod debet nominari, ſi de eius nomine apparet in proceſſu, quia principaliter tangit defenſionem mandantis, & ſi darentur omnia nomina ſociorum eſſet pandere ſecreta Curiæ, contra quã multi falſitates fabricari poſſent, & forſan poſſet dici, hoc relinquendum eſſe arbitrio iudicis. Baiard.

y Quantum commodè fieri poteſt.] Farin. ubi ſupra, nu. 56. & ſeq. Roſ.

z Item ſcias.] Vide Farin. q 66. p. 8. num. 310. Roſ.

32 Item ſcias.] Adde, quòd † in omnibus Curijs ferè totius Italiæ ſeruatur, quòd copia proceſſus datur, etiam ante repetitionem teſtium, ſi per reos, uel eorum procuratores ad hoc in ſpecie conſtitutos, teſtes Curiæ habentur pro ritè, &
33 rectè examinati, & repetitis: quia tunc † perinde eſt, ac ſi parte citata per iudicem repetitio formiter facta fuiſſet, Capic. dec. 74. Vulpel. conſ. 68. n. 7. & Foller. in pract. crim. in uer. detur copia capit. numer. 5. ubi dicit,
34 † quòd multoties, ut habeatur copia repertorũ, ſolent haberi teſtes pro citatis, iuratis, & legitimè repetitis, præter abſentes, & mortuos: ſed quòd fiſcus inſtare poteſt, ut non detur cum dicta reſeruatione, ſi in omnes habeãtur pro repetitis, & quòd ita ſeruatur in magna Curia Vicariæ, licet Salerni & in ſancto Seuerino detur copia repertorũ, etiã cum dicta reſeruatione. Sed Chartar. in ſua praxi interrog. reor. lib. 3. numer 61. cum ſeq. abſolutè tenet, hanc reſeruationẽ eſſe admittendam, dicẽs, quod copia eſt concedenda, ſi reus, uel eius procurator ad hoc in ſpecie conſtitutus habeat teſtes pro ritè, & rectè examinatis, præter abſentes & mortuos: & ſaluis ſibi exceptionibus contra perſonas, & dicta teſtium, & repetitione ſuper interrogatorijs, quatenus illos repetere uoluerit; eo quod ita in ſtatu eccleſiaſtico practica inoleuit, & etiam in Regno allegans ad hoc Capic. in dicta deciſ 74. & Foller. in pract. crimin. in uer. ſi confite-
35 buntur, num. 51. in quibus † locis nulla fit mentio de dicta reſeruatione, ut in eis eſt uidere, quinimò Foller. in loco ſupra per me citato, tenet practicam reſeruationem non eſſe concedendam, dum dicit, quòd fiſcus inſtare poteſt, ut non detur copia cum dicta reſeruatione, & quòd ita obſeruat magna Curia Vicariæ, & licet poſtea ibidem contrarium tenere uideatur in teſtibus abſentibus, qui longa abſentia abfuturi ſint: illud tamen non affirmat, dicens, quòd eſt maius dubium quo ad abſentes, quàm quo ad mortuos, qui amplius repeti non poſſent, & benè dicit, quia ſi teſtes ſunt præſentes, poſſunt induci ad diſcendendum, ut non habeantur pro repetitis, & abſentes, vt non reddant, ne repeti poſſint, & ſic quocunque modo militat ſuſpitio fraudis, tam quo ad teſtes abſentes, quàm præſentes: nec vnquàm vidi in ſtatu eccleſiaſtico practicari, quòd huiuſmodi reſeruationes admittantur, ſed quod tantummodo habentur teſtes pro repetitis ſaluo iure opponendi contra eorum dicta, & perſonas, alias nimis damnoſum eſſet fiſco, ſi abſentes non haberentur pro repetitis propter timorem fraudis, vt ſupra dixi: & reſeruatio teſtium mortuorum minimè fieri poteſt, quoniam eſt cõtra caſum l. fin. C. de teſtibus, qua diſponitur, quòd teſtes mortui, licèt repetiti non fuerint, probant ſaluo iure legitimo ipſi reo opponendi contra perſonas, & dicta teſtium, &. ita firmat ibi Pau. de Caſtr. & in ſua praxi fol. 54. numer. 17 Alia reſeruatio repetendi teſtes, quatenus illos repetere voluerit omnino eſt reiicienda, cum ipſa quoque ſit multũ præiudicialis. Et ideo Clar. in quæſtione 53. verſic. Quartus eſt caſus in fin. monet iudices, præſertim in cauſis criminalibus, vt ſe abſtineant ab huiuſmodi repetitionibus, quæ fiunt ad in-
ſtantiam

ſtantiam partium, nam ſæpenumero proceſſus inuoluunt, ac
deſtruunt, magnamque præbent occaſionem ſubornationibus
& falſitatibus teſtium; & licèt de iure communi permitteba-
tur inquiſito, vt poſſet facere interrogatoria teſtibus contra
ipſum examinatis; hodie tamen de ſtylo omnium Curiarũ
non datur, quia inquiſi-
tus habet repulſam. Fol-
ler. in verb. recipiantur
defenſiones, numer. 32.
quem ſequitur Clar. in
quæſtio. 23. item quæro
Stantibus itaque prædi-
ctis, concludendum eſt
quòd iudices nullo modo
dictas reſeruationes ad-
mittere debent, cum ſint
ita præiudiciales, maxi-
mè, quia à magna Curia
36 Vicariæ, (quæ † eſt maius
tribunal totius Italiæ)
reijciuntur, iuxta illud
prouerbium. A boue
maiori diſcat arare mi-
nor; ſed concedere poſ-
ſunt copias habitis teſtib.
pro ritè receptis, cum re-
ſeruatione tantum, ſi pe-
tatur, opponendi contra
perſonas teſtium, & eo-
rum dicta; & hoc a le-
ge conceditur, Clar. in
dicta quæſtione 23. verſiculo. Item quæro. Ex hoc capite
etiam eſt reijcienda reſeruatio de teſtibus abſentibus, quia
nunquam fieri poteſt publicatio proceſſus, nec dari copia pa-
cti, niſi prius factis debitis teſtium repetitionibus, vt hic per
D. Clarum, ex quo ſequitur neceſſario, quòd omnes teſtes tã
abſentes, quàm pręſentes pro repetitis habeantur, alias pu-
blicatio non poſſet fieri, quia ſi debitæ repetitiones teſtium
non eſſent factæ, vtique ridiculoſum eſſet, publicare proceſſũ
nullum, imperfectum, & nihil probantem, reuelando ſecre-
ta Curiæ inquiſito ſub ſpe repetendi teſtes abſentes, qui raro
opera inquiſitorum repeti poſſent: quod eſſet contra vtilita-
tem publicam, quia multa delicta impunita remanerent, &
ideo licitum eſt iudici denegare copias, & defenſiones reo,
donec fiat repetitio, quia non proceſſus dicitur completus,
vt per Foller. in pract. crimin. in verſicul recipiantur defenſ.
numer. 22. & Chartar. vbi ſupra, numer. 57. cum ſequen.
volens igitur copiam proceſſus debet renunciare repetitioni
teſtium indiſtinctè, tam abſentium, quàm preſentium, vel
expectare, vt repetantur, & eo caſu fiſcus omni cum diligen-
tia procurare debet, vt quàm primum fiat repetitio, quæ ſi
fieri non poterit infra competentem dilationem, reus, ne in
carceribus marceſcat, eſt relaxandus ſub fideiuſſione de ſe re-
præſentando toties quoties in forma, & ſic reo, & fiſco ſuc-
curritur; quæ tamen non procedunt in Regno Neapolitan.
37 † vbi expeditio cauſæ criminalis nullatenus retradari poteſt
prætextu teſtium Curiæ non repetitorum, vt per Grammat.
38 decıſ. 28. numer 6. Nec omittam, quòd ſi inquiſiti † renun-
tiarent repetitioni teſtium abſque reſeruatione opponendi
contra eorum depoſitiones, & perſonas, non ſibi præiudica-
rent, quin dictas oppoſitiones facere poſſent, quia à lege pro
defenſionibus reorum conceduntur: Clar. ſupra in dict. quę-
ſtion. 23. verſicul. Item quæro. aliter ſequeretur, quod reus
expreſsè renunciaret defenſionibus ſuis, quod minimè fieri
poteſt, vt per Gloſſ. & DD. in leg. pactum inter hæredem ff.
de pact. & renunciare repetitioni teſtium nihil aliud eſt, quàm
renunciare citationi ad videndum iurare teſtes, vt ſupra dixi
nihilominus procuratores ad abundantiorem cautelam dictã
reſeruationem facere ſolent, licet Chartar. vbi ſupra, nu-
mer. 70 & 71. dicat, quòd quando teſtes habentur pro ritè re-
petitis, ſi non fieret huiuſmodi reſeruatio, ſiue proteſtatio
excipiendi contra eorum dicta, & perſonas, non poſſet po-
ſtea contra teſtes opponere, & eorũ dicta impugnare, per ea
quæ dicit Sal. in l. ſi quis teſtib. C. de teſtib. & poſt eum Foll. in
pract. crim. in verb. concedatur, repulſa, num. 18. Maran. in
Spec. 6. par. actu 13. quæ procedunt in cauſis ciuilibus, non
39 autem † in criminalibus, in quibus, nemo poteſt re-
nunciare defenſionibus ſuis, vt latè per Boſſ. in tit. de oppoſit.
contra teſtes numer. 8. 9.
& ita etiam in ſimili te-
net idem Foller. in loco
citato, numer. 15 dum di-
cit, ritum, quo cauetur
repulſam peti debere in-
tra decem dies procedere
in ciuilibus, & non in cri-
minalibus, vbi tractatur
de vita hominis, & quòd
nunquam vidit ſeruari il-
40 lum ritum, † ſed repulsã
dari indiſtinctè, quando
petita fuit: hinc eſt, quòd
etiam poſt publicationẽ
proceſſus poſſunt exami-
nari teſtes ad defenſam,
41 ſi ceſſaret ſuſpicio † ſu-
bornationis, iuxta tradita
per Clar. in quæſtio. 61.
verſic. fin. vbi tenet etiã,
quòd in cauſis criminalib
non concludtiur in cauſa,
42 † dicens æquum eſſe, &
rationale, quòd vbi de vi-
ta hominis tractatur, reus
quandocunque ſuas probationes, & defenſiones facere poſſit,
43 & miror de Follerio, † dum dicit, quòd quando inquiſitus
citatur ad videndum iurare teſtes, vel quòd coram eo exami-
nantur, debet eſſe cautus, & proteſtetur contra perſonas te-
ſtium, & eorum dicta, ne videatur conſentire, quia conſen-
tire non poſſunt, vt dictum fuit. Et ego nunquam vidi, nec
forſan ipſe, quòd rei in confrontatationibus, quæ fiunt cum
teſtibus, talem proteſtationem faciant: Rei nempè eſſent
in maximo periculo vitæ, ſi omittendo dictam proteſtationẽ,
viderentur conſentire depoſitionib. contra eos factis, quæ
proteſtatio omitti poſſet ignorantia reorum, vel procurato-
rum: & ideo dici non poteſt, quòd dicta reſeruatio, ſeu pro-
teſtatio ſit neceſſaria, ſed quòd potius ſit ad benè eſſe, quam
de neceſſitate.
44 Item adde, quòd copia † teſtium examinatorum pro in-
formatione Curiæ non datur, quia eorum atteſtationes, par-
te non citata, nullum inquiſito afferunt præiudicium: ſed da-
tur, copia atteſtationum, quæ factæ fuerunt cum citatione
partis, ſi dubitaretur de variatione ab examine informatiuo
ad aliud examen. ita tradit Dec. in l. 2. numer. 21. de eden. &
Vulpell. in conſil. 102. vbi tamen dicit, dictum Decij proce-
dere, quando aliter, quàm per ſimplicem partis aſſertionem
de uarietate dubitaretur. Ego autem ſemper vidi practicari
ſi teſtes non habentur pro repetitis, & quòd repetantur,
quòd datur copia tam primi examinis, quam repetitionis,
& tanto magis, quòd in ſecundo examine non extenditur
tota depoſitio, ſed primum examen confirmatur, & ibi Vul-
45 pell. tenet † dandam non eſſe copiam inquiſito de ſuborna-
tione conſtitutorum teſtium, quòd affirmabant ſe ſuborna-
tos fuiſſe, ſed quòd ſolum daretur copia examinis facti, vti
46 teſtis parte citata, quòd † mihi videtur durum, quia
multa poſſent eſſe in conſtitutis, quæ tenderent ad de-
fenſionem rei, & quòd forſan detegerent falſitatem te-
ſtium. *Baiard.*

*timè repetita. Et ita practi-
catur, vt dicit* [a] *Maranta in
ſuo Specul. fol. 80. num. 8. in fi.*
Quæro [b] *nunquid ſit danda
reo copia allegationum. Dixi
infra lib. proximo.*
10 *Danda eſt autem proceſſus
copia non tantum reo, ſed etiã
accuſatori, ſi illam petat; quod
intellige, quando proceſſus pu-
blicatur etiam reo, ſed ante
publicationem proceſſus non
debet dari copia accuſatori,
etiamſi illam petat pro inte-
reſſe fiſci,* [c] *vt poſſit alia indi-
cia ſubminiſtrare. Eſt enim
hoc caſu omnino repellendus:
& ita ſeruatur, vt dicit Boſſ.
in tit. de iud numero 82. Vi-
di tamen quandoque oſtendi
à iudicibus examina reorum
accuſatoribus, vt melius ſciãt
fiſci partes tueri: quod ta-
men ego non niſi ex magna
cauſa, & in atrocioribus deli-
ctis, & in quibus difficile eſſet
habere indicia, faciendum eſ-
ſe conſulerem.*
Hæc [d] *autem omnia, quæ
de publicatione proceſſus di-*
11 *cta ſunt, intelligi debent, vt
locum habeant in proceſſu,
qui ſpecialiter ſit contra ali-
quem, contra quem tanquam
culpabilem iudex inquirit.
Secus autem dicendum eſt de
proceſſu, qui fit ſuper inquiſi-
tione generali ad inueſtigan-
dum quis fuerit delinquens;
cum enim in ea non ſit adhuc
aliquis reus certus, non eſt
alicui danda copia indicio-*

a *Maranta.*] Et tit de inquiſit. num. 8. *Roſ.*
47 b *Quæro nunquid ſit danda copia.*] Adde, quod † Guid.
Pap. deciſ. 442. tenet, quod non. *Baiard.*
c *Vt poſſit alia indicia ſubminiſtrare.*] Adde quoad mini-
ſtrationem indiciorum ſupra quæſt. 11. verſic. Sed quid è con-
uerſo. *Drogh.*
d *Hæc autem omnia.*] Secus de his, quibus fiſcus non vti-
tur Vulpell. reſp. 102. *Roſ.*

Vt

*rum: & ita obſeruat conſue-
tudo, vt atteſtatur Anto. de
Canar. de quæſt. in 2. membro,
num. 52. in fin. Quod nota,
quia plerunque ſolent fieri
quædam comparitiones præ-
uentoriæ, petendo copiam in-
diciorum, &c. cum tamen ad-
huc non ſit formatus proceſſus
informatiuus, ſiue inquiſitio
ſpecialis,* [e] *vt eludant iudices
imperitos; debet igitur iudex
prius formare ipſam inquiſi-
tionem ſpecialem, ſiue pro-
ceſſum offenſiuum: & deinde
ſeruatis ſeruãdis (iuxta dicta
in quæſtionibus præcedenti-
bus) poterit dari copia* [f] *in-
quiſito.*
12 *An autem facta publica-
tione proceſſus, poſſint adhuc
recipi teſtes, dixi quæſt. 61.
verſic. ſed quæro.*
13 *Eſt* [g] *igitur certa iuris con-
cluſio, quod in criminalibus
nemo debet condemnari, niſi
prius dato termino* [h] *ad faciẽ-
dum ſuas defenſiones, etiam-
ſi fuerit delictum ipſum* [i] *ſpõ-
te confeſſus. Et hanc practi-
cam ſeruat totus mundus, vt
dicit Salycet. in l. 2. poſt nume-
rum 2. C. de cuſtod. reorum;
Ang. de malef. in verbo, Qui
iudex dictis inquiſitis, in pri-
mis verbis: quę refert Pract.
Conradi, fol. 307. num. 3. Ita
ſeruari ex communi obſeruã-
tia atteſtatur Marian. in rep.
cap. qualiter, & quando, poſt
numer. 232. de accuſat. Paris
Put. de ſynd. fol. 459. cap. 6. in
fi. Pract. Car. fol. 538. Boſſ. in
tit. de ſenten. nu. 1. poteſt enim
reus contra propriam confeſ-
ſionem multa deducere, de
quibus dixi infra q. 55. vt in
facti contingentia conſuluit
Gramm. conſ. 16. Vide quæ di-
xi infra quæſt. 65. in princip.*
[k] *Et aduerte, quia talis ter-
minus defenſionis dandus eſt
reo etiam non petenti, vt ſu-
pra dixi; & hoc non modo
quando tantum eſt conuictus,
vt aliqui faciunt, & dicit ui-
deri communem mentem Do-
ctorum Boſſ. in tit. de confeſ-
ſis, num. 10. ſed etiam quan-
do eſt ſponte confeſſus, vt dixi
in loco præalleg.*
14 *Et* [l] *hoc adeo verum eſt, vt
nec etiam princeps poſſit etiã
de plenitudine poteſtatis tol-
lere in criminalibus ſuas de-
fenſiones reo, ſecundum Bald.
in l. 3. §. is pro quo, verſic. in
ead. gloſſ. ibi, non obſtante, ff.
quod quiſque iuris. Et hanc
doctrinam omnes Doctores te-
nent, vt dicit Soc. conſ. 266.
poſt num. 46. verſic. tertius
caſus lib. 2. quem refert Marſ.
in pract. crimin. §. expedita,
num. 76. & in §. opportune,
num. 61. & conſ. 81. num. 78.
quod conſ. Soc. ego retuli ſu-
pra quæſt. 31. verſic. Adde
quod hæc.*
15 *Vlterius quæro, nunquid
reo capto in flagranti crimine
dandus eſt terminus defenſio-
nis? Dixi ſup. q. 8. verſic. Sed
nunquid.*

e *Vt eludant iudices.*] Adde, quæ contra imperitos iudi-
ces dixi ſup. q. 6. ad fin. & de iudicib. imperitis, & modernis
qui permittunt ſe à Notarijs gubernari, dixi ſupra ad quæſt.
verſic. Ceterum. *Drogh.*
f *Inquiſito.*] Idem per Boſſ. in tit. de delinquen. num. 3. &
4 & de inquiſit. num. 70.
Rolan. conſ. 12. num. 33.
& 35 cum ſequentib. lib.
3. *Giach.*
g *Eſt igitur certa iuris
concluſio.* Cartar. de exe-
cut. ſenten cap. 1. nu. 115.
Farin. titul. de indit. vol. 2.
q. 39. num. 1. 2. 15. & 32.
Roſ.
*Eſt igitur certa iuris
concluſio.*] Adde, quod
reus pluribus modis ſe de
fendere poteſt, & ponit
Burſat. in conſil. 216. ſub
num. 229. viginti duo ſi-
48 gna innocentiæ † multũ
notabilia.
49 Item adde, † quod ſi
extaret ſtatutum, quod
confitens delictum puni-
retur, iudex non obſtan-
te petitione termini ad ſe
defendendũ, poterit ſta-
tim procedere ad condẽ-
nationem, præmiſſa ta-
men interlocutoria, vide-
licet, dilationem non eſſe
dandam, tamquam per
calumniam petitam, ita
notat Innoc. in cap. ad pe-
tionem de accuſat. Ego
autem arbitror, quod cau-
tius faceret iudex, ſi dila-
tionem concederet, ſaltẽ
vbi ageretur pęna corpo-
rali. *Baiar.*
h *Ad facienda ſuas de
fenſiones.*] Adde, & vide
in Reper. do Felin. § reus
in criminalibus column.
mihi 552. *Giach.*
i *Sponte confeſſus.*] Ad
de ſupra hac eadem quæ-
ſtione verſic. ſed nunquid
infra quæſt. 96. verſic. Et
hæc quidem concluſio,
quæſt. 54. verſic. ſed quid
ſi exhibeatur Confeſſio,
quæſt. 55 verſ. poteſt etiam cum ſeq. infra ad quæſt. 82. ſtat. 6.
in fin. ubi dixi. *Drogh.*
50 K *Et aduerte.*] Adde, quòd hoc † procedit in dilatione,
quæ eſſet conceſſa per legem ſcriptam, quia tunc debet dari
etiam parte non petente ſecus vero in dilatione, quæ conce-
ditur miniſterio iudicis, quam iudex non tenetur dare, niſi
petatur: ita diſtinguit Bal. in l. nouerit, in princip. C. vt inter
cert. temp. vbi dicit, hac diſtinctione poſſe defendi iudicem,
ſi delinquentem confeſſum mitteret ad furcas, non dato ter-
mino ad faciendum ſuas defenſiones. Sed ego dubito, quod
non eſſet bona defenſio, & ideo iudices caueant ab huiuſmo-
di diſtinctione.
51 Item adde, quod † iudex poterit denegare defenſiones in
criminalibus, quando vidit illas peti cauillandi cauſa, vt per
Roland. in conſil. 12. num. 42. vol. 3. & Decia. in conſ. 99 nu-
52 mer. 12. vol. 2. Et † ſimiliter poterit denegare defenſiones fu-
ribus famoſis, & latronibus, Marſ. in l. 1. num. 43. ff. de quæſt.
pro quibus non debet pati aliquem aduocare, per tex. in l om-
nes, C. de defenſ. ciuit. & nedum publicis furibus denegari
poſſunt defenſiones, ſed etiam cuilibet inſigni delinquenti,
dummodo notoriè ſint tales, ſecundum Boſſ. in tit. de indic.
num. 76. & Roland. d. conſ. 12. num. 62. ubi loquitur de latro-
nibus, diſrobatoribus incendiarijs, violatoribus, & raptoribus
publicè diffamatis. *Baiard.*
l *Et hoc adeo verũ eſt.*
Rota Lucenſis deciſ. 72.
Farin. tom. 2. q. 38. nu. 3.
ſub tit. de indit. & q. 39.
num. 18. *Roſſ.*
Et hoc adeo verum eſt.
53 Adde Afflict. † in conſti-
tut. inquiſitiones, §. item
dura, num. 3. fol. 142. li-
bro primo, vbi plenè tra-
ctat iſtam quæſtionẽ, &
ibi dicit, quod licet Prin-
ceps non poſſit tollere de-
fenſionem, poterit tamẽ
variare modũ defenſio-
nis, & ibi etiam in fin. &
in deciſ. 391. exclamat cõ-
tra præeminentiam Vica-
riæ, quod ex proceſſu in-
formatiuo poſſit deueniri
ad torturam, & conclu-
dit non habere locum cõ-
tra hominem bonæ famę,
54 † ſed ſolum contra latro-
nes inſignes, diſrobato-
res ſtratarum, incendia-
rios, violentos raptores,
& committentes grauia
crimina, contra quos la-
borat infamia, & quòd
contra iſtos poteſt proce-
di iuris ordine non ſerua-
to, & ſic ad torturam ex
proceſſu iformatiuo: quia
propter terribiles caſus li-
cet iuſtas leges tranſgre-
di, & de huiuſmodi præe-
minentia plenè tractauit
Gramm. vot. 3. vbi ponẽ-
do intelligentiam, & li-
mitationem ad dictã prę
minentiam, tenet, quod
procedendo ex proceſſu
informatiuo tortura re-
peti non debet: ſed con-
trarium tenuit Simon de
Petris in conſilio 114. nu-
meto 5. & 6. & ibi tenet
etiam, quod contra homi-
nem malæ vitæ, & famæ etiam de iure cõmuni procedi poſ-
ſit ad torturam, non data copia indiciorum, quod ſimiliter
tradit Grammat. in dict. uot. 3. numer. 7. & 26. & conſil. 17.
numer. 16. & conſilio 34. column fin. & qualis ſit pręeminen-
tia Vicariæ, in quibus caſibus, & quomodo ea uti poſſit, ha-
bes in capit. Regni 272. & ibi latiſſimè per Ioan. Anton. Nigr.
numero 9. & numero 18. vbi concludit, quòd licet magna
Curia Vicariæ habeat dictam præeminentiam, & plenum,
ac liberum arbitrium in maleficijs, tamen, quod non poſſit
aliquem torquere, niſi in illo proceſſu informatiuo concur-
rant legittima indicia, ex quibus ſi eſſet legitimus proceſſus,
poſſet inferri tortura; & ita in ſpecie tenet Grammat. in con-
ſil. 64. numer. 6. vbi multa allegat.
55 Item † adde, quod ſummus Pontifex ex iuſta cauſa poteſt
tollere defenſionem, ut per Dec. in capit. delicti, column. 7.
de except. Alexand. in l. mulier, column. 5. ff. ſolut. matr. &
Vaſq. controu. Illuſtr. capitulo 31. numero nono, vbi dicit
rationem eſſe, ne id ius natura inſitum ad iuuandum incipiat
eſſe nociuum, & in capitulo 36. tenet quod Princeps ex iuſta
cauſa